

8
255



zu 005

O. i. 840 (1-101).

THESES
DE IVRE DO-
TIVM. PACTIS DOTALI-
BVS, FVNDQ DOTALI, ET DO-
NATIONIBVS INTER VIRVM
& vxorem.

DEO TER OPT. MAX. D. & A.

PRAESIDIBVS CLARISSIMIS CONSVLTISS. VI-
ris D. Iohanne Michaëlis Cronenburgero, & D. Iohanne
Hollandt, SS. LL. Licent. Dictatore & Fisco, in flo-
rentissimo apud Agrippinates iuris Collegio,
ad disputandum publicè propositæ

A

LAMBERTO LITHOCOMO
DV SSELOPOLITANO.

*Anno partus virginæ MD. LXXXII.
VIII. Id. Maij.*



COLONIAE AGRIPPINAE
EXCVDEBAT PETRVS KESCHIDT.

B

TRANSITIO.



Matrimonij Contractum, de Dotibus, quæ Matrimonij inseruiunt, iusta methodo disputatio subsequitur.

Sichard. glos. Cuiac C. de dot. prom.

THESIS I.

Dos est ius vniuersale (a) quod à Muliere, vel eius nomine ab alio (b) Marito, ad sustinenda Matrimonij onera, (c) & vt perpetuo apud eum manet, (d) eiusq; is dominus fiat (e) constituitur.

(a) l. 1. §. impensæ de dot. præl. Iason Iarè, in Rub. Sol. mat. Iohan. Campe. de dote part. 1. quæst. 4. Vnde sequitur tam incertam sententiam, quam libellum sustineri, gl. & Bart. in l. fi. C. quæ sent. sine cert. quant. cont. Zas. in d. Rub. Coras. in l. qui liberos, de rit. nupt. (b) tot. tit. de dot. prom. (c) l. dotis 7. l. quamuis 75. ff. l. pro onerib. 20. C. h. t. (d) l. 1. d. t. (e) §. 1. Inst. quib. alien. non licet. Duar. cap. 1. h. t.

II.

Estq; Dos aut Profectitia, aut Aduentitia: (a) Profectitia quæ ex bonis Patris vel Aui, (b) inuitis quandoque illis & ignorantibus, (c) Aduentitia, quæ aliund ex consensu eam promittentium proficiscitur. (d)

(a) l. profectitia 5. iur. dot. (b) officium enim eorum est dotare liberos, l. fin. C. de dot. prom. (c) vt in casu d. l. 5. §. sed & si. (d) l. promittendo 4. l. ibid.

III.

Vnde liquet diuersam Dotium quàm alimentorum rationem esse: (a) nec enim Pater Naturalis, (b) Mater, (c) etiam Iudæa vel heretica, (d) filiam: Filius Matrem: (e) Frater Sororem: (f) Patruus Neptem (g) dotare compelluntur: licet illa fere persona ad alimenta sibi inuicem præstanda teneantur. (h)

(a) Bald. Nouel. de dote part. 6. priuil. 5. (b) c. cum haberet, de eo qui duxit in matrim. quam pol. Gail. 2. obs. 88. (c) l. neque 14. C. iur. dot. (d) Bald. Nouel. d. loco priuil. 16. nu. 4. cont. gl. in d. l. 14. (e) l. tutor 13. §. 2. de adm. tut. l. 3. C. de long. temp. præsc. (f) l. cum plures 12. §. cum tutor. de adm. tut. (g) l. & nihil. vb. Bald. de in rem ver. (h) l. 1. §. præterea. & seq. tut. & rat. diff. d. l. & ib. Dd.

IIII.

Constituitur autem Dos tam in rebus mobilibus, (a) quàm immobilibus: (b) tam corporalibus, quàm incorporalibus. (c) An etiam Sponsa minorennis immobilia in dotem dare possit? & non nisi cum decreto id admittendum censeo. (d)

(a) l. plerunque 10. l. 12. §. 1. de iur. dot. (b) l. Titia 62. d. tit. l. si ante 6. cum seqq. sol. matr. (c) l. 7. §. 2. l. 66. l. 78. ibid. (d) d. l. Titia. vb. gloss. l. fin. C. si maior fact. l. 22. C. de adm. tut. Cuiac. in parat. C. de præd. & alijs reb. licet de consuetudine non seruetur, Sichard. in l. nulla, C. iur. dot.

Res

V.
Res quoque restitutioni subiecta, (a) licet è Parente expressa alienationis prohibitio adiecta sit, (b) à liberis, si legitima non sufficiat, in dotem, vel donationem propter nuptias dari possunt. (c)

(a) vt cum fideicommissio grauantur liberi. (b) arg. l. sicut 5. C. de action. & oblig. Sich. in Auth. res quæ. C. communia de leg. nu. 25. Bald. Nou. part. 6. pr. 13. aliter Bald. Perus. in c. donare, qualiter olim pot. feud. al. nu. 2. (c) tex. in d. Auth. res quæ.

VI.
Feuda denique pro se ipso quidem, (a) non item pro filia, (b) in dotem dare quis potest: Statutum autem alienationem in non subditos prohibens, an dotis dationem inhibeat? & non inhiere, ne in Patre quidem contendimus. (c)

(a) c. i. de eo qui sibi vel hæred. (b) c. donare, qual. ol. pot. feud. alien. c. i. de inuest. quam tit. acc. à Semp. vb. Bald. (c) vid. not. ad Bald. d. loco in litera D. argu. eorum quæ tradit E-man. Soarez in Thef. recept. sent. lit. A. nu. 141.

VII.
Constituitur porro Dos tacitè vel expressè. Tacitè, si Auus (a) vel Pater, filia vel Nepoti sue quid decernat: Nam siue eius Curator, (b) siue debitor, (c) siue negotiorum gestor, (d) fuerit, siue non, omnimodo ex causa dotis id constitutum esse censebitur. (e)

(a) l. dotem 6. Collat. bon. Campe. part. 1. q. 16. in fin. (b) l. 5. §. Papinianus 12. de iur. dot. (c) l. fi. C. de dot. prom. (d) arg. l. Nescennius 34. neg. gest. (e) l. quia autem 23. iur. dot. d. l. fin.

VIII.
In ipsa Muliere vero, licet dotis Constitutio ex promissione etiã non adiecta causa oriatur: (a) si tamen alia causa subsit, donationem hanc, contra communes iuris Regulas, (b) non facile presumimus: (c) Vt & si Mulier cum omnibus bonis ad Virum transeat, quicquid enim doti constitutum esse negamus. (d)

(a) l. quia autem 23. de iur. dot. l. cum de indebito 6. §. 1. de vsur. (b) l. Campanus 47. de ope. libert. l. si cum aurum 50. de solut. (c) Menoch. lib. 2. cent. 1. cas. 88. num. 47. (d) l. iubemus pe. C. de repud. Sich. in l. nulla. C. de iur. dot. in fin. Campe. de dot. part. 1. q. 39. contra Coraf. in l. qui liberos, de rit. nupt. nu. 99.

IX.
Per traditionem tamen tacitam dotis constitutionem induci placuit, (a) perinde quod est, siue ante matrimonium, siue eo iam contracto, ex bonis ipsi interea acquisitis Mulier marito dederit: (b) id quod & in ijs terris obtinere existimo, vbi l. si constante, C. de don. ant. nupt. statuto sublata est. (c)

(a) l. quia autem 23. de iur. dot. (b) arg. l. cum de indebito 25. de probat. Bald. Nouel. par. 6. pr. 13. num. 2. (c) argum. l. si quis pro vxore 21. §. 1. de donat. int. vir. & vxor. Bald. Nouel. d. loco.

X.
Expressè constituitur Dos, cum expressim hoc agitur: per Acceptilationem, (a) Remissionem,

sionem, (b) delegationem, (c) traditionem, (d) stipulationem, (e) siue purè, (f) siue in diem conceptam: (g) Sed & nudo pacto dotem constitui posse definitum est. (h)

(a) l. si res 12. §. si. l. 41. §. accepti, l. 43. in pr. l. 58. §. 1. de iur. dot. (b) l. si pater 44. §. 1. & l. seq. l. 58. d. tit. (c) l. si extra, 33. ibid. (d) l. quemadmodum, 46. in fin. pr. ib. l. 5. sol. mat. (e) d. l. 41. (f) l. stipulatorem 21. l. dotis 68. ibid. (g) l. tali 48. d. tit. (h) l. ad exactiorem, C. de dot. prom.

XI.

Qua in re, quia à plurimis inter certam & incertam promissionem, (a) ab alijs inter profectitiam & Aduentitiam dotem distinguitur: (b) Nos, ne non idipsum indistinctè contra utrosque tentari possit, videbimus. (c)

propter l. r. C. de dot. prom. & l. cum post. 69. §. gener. ff. de iur. dot. (a) Doctores omnes in d. l. r. (b) Harmenop. lib. 4. tit. 8. Duar. de dot. cap. 2. & l. disp. 56. VVesemb. in para. nu. 5. (c) d. §. gener. arg. l. si cui 14. de ann. legat. l. quidam 30. de leg. 2.

XII.

Quocunque autem modo Dos constituatur, possunt dari res aestimata aut inaeestimata: in his periculum apud Vxorem manet, in illis ad Virum transfertur.

(a) l. plerunque 10. in pr. ff. l. cum dotem, l. si inter virum, C. de iur. dot. l. si res. 12. §. 1. l. 58. d. tit. nisi non ideo aestimata sit, vt induceretur venditio, sed vt sciretur quanto deterior facta fuerit, l. 21. C. ibid. vb. Dd.

XIII.

Circa satisfactionem Mariti ex causa dotis maxima Dd. est altercatio: Nos eam tam vltro praestitam, (a) quam exactam: tam de dote conseruanda, (b) quam restituenda: tam ante, (c) quam post nuptias: tam denique per pignora, (d) quam fideiussores: ipso iure nihil valere sustinebimus. (e)

(a) Bart. ad tit. Ne fidei dot. ca. dent. cont. Bald. Nou. part. 6. pr. 21. num. 6. Duar. de dot. cap. 4. (b) Sich. in l. vbi adhuc, C. iur. dot. nu. 20. cont. Bald. in l. 1. in fin. sol. mat. (c) Campez. part. 3. q. 173. cont. Cuius. in parat. Ne fid. dot. (d) cont. Cuius. in l. si mulier. in fi. tract. ad Afric. 4. (e) d. tit. Ne fid. dot. ca.

XIV.

Si vero persona vel ipso iure, vel propria voluntate obligata, (a) in exsolutione dotis cessauerint; illi quidem officio Iudicis, (b) hi conditione, (c) vel ex stipulatu actione, (d) ad praestandum debitum compellendi sunt.

(a) vid. Thes. 2. (b) l. qui liberos, de rit. nupt. vb. Corof. nu. 52. (c) ex l. ad actionem, C. de dot. prom. (d) nō aliās quam si stipulatio inter venerit. Bald. Nou. part. 6. pr. 1. Coraf. d. loco num. 80.

XV.

Omnis autem Dotis promissio tacitam Matrimonij conditionem habet; (a) cui consequens est, soluendam à fratribus loco legitima Sorori dotem, antè Nuptias peti non posse. (b)

(a) l. stipulationem 21. l. 37. de iur. dot. (b) Campez. part. 5. q. 54. vid. Schned. in §. fuerat, nu. 99. de actionib. Soarez in Thes. lit. D. nu. 313.

Quando

XVI.

Quando etiam mora, ex qua usura & fructus veniant (a) committatur, disputatum reperio. Et ante lapsum biennij, etiamsi interea onera Matrimonij subierit Maritus, (b) repudiata plurium inter Mulierem & Extraneum distinctione, (c) sine interpellatione moram non committi, iuri aduersum non est. (d)

(a) l. 3. in pr. l. mora 32. §. 1. de usur (b) per. l. fin. §. præterea, C. de dot. prom. cont. glo. & Bart. in l. 5. sol. mat. per. l. curabit. C. de actio. empti. (c) inter quos gl. & Bart. d. lo. Schneid. in §. fuerat nu. 17. de actionib. (d) arg. d. l. §. l. si id quod 28. §. si quas de donat. int. vi. Bald. in d. §. præterea nu. 9. Zas. 2. Resp. sing. 16.

XVII.

Petitur denique dos promissa à quibuscunque, (a) & quidem excepto Socero, (b) & Vxore, (c) in solidum: nulla Exceptione S. C. Velleiani (d) vel incompetentiæ (e) obstante.

(a) l. promittendo 41. de iur. dor. (b) l. ex diuerso 17. vb. Duar. Sol. mat. Zas. 1. intell. §. & 2. Resp. 9. (c) d. l. 17. §. 1. (d) l. pe. C. ad Vellei. (e) l. pe. de iur. dot. l. 41. de re iud. arg. l. id quod §. si. de donat. l. pe. de Nouat. Cuius. 12. obs. 17.

XVIII.

Quid tamen si Dos promissa non præstetur? hoc casu vt matrimonium dissolui durū: (a) sic alimentandam à Viro Mulierem periniquum foret. (b)

(a) l. si. C. de dot. prom. l. iubemus, C. de repud. (b) c. pe. de donat. int. vi. vb. Canon. l. si. C. ad Velleia. l. cum in fundo 78. in pr. de iur. dot.

XIX.

Quantitas vero dotis incerta officio Iudicis committitur, (a) qui eam in extraneo ex persona Mulieris, (b) vel simul viri dignitate: (c) in Patre ex numero liberorum & facultatibus aestimabit. (d)

(a) Bald. Nou. part. 6. pr. 11. (b) vt si dotem ob vitium sibi illatum petat. Menoch. lib. 2. cent. 2. cas. 145. nu. 36. (c) Bald. Nou. d. loco. (d) l. quæro 60. de iur. dot. l. si filia 43. de leg. 3.

XX.

Quæ ratio si seruata sit, filiam hereditati paternæ accepta dote renunciare posse concludo: (a) An autem in considerandis facultatibus futurum mortis, an vero præsens tempus inspiciendum veniat? Et posterius contra communem (b) defendi posse existimo. (c)

(a) l. 2. C. de reuoc. his quæ in fr. arg. l. cum quo. 56. §. si. ad l. falc. (b) Soarez. in lit. L. nu. 75. Sich & Dd. in l. cum quæritur, C. de inoff. test. Bald. Nou. part. 6. pr. 17. nu. 4. (c) eleg. Nicol. Boer. decif. 62.

XXI.

Sciendum etiam eum, qui ipso iure obligatus est, dote, modo culpa Mulieris absit. (a) perditâ, denuo conueniri posse: (b) quod eodem modo Filio, in legitima à Parente viuo ipsi soluta, (c) concedimus. (d)

(a) l. si



(a) l. si cum dotem 22. §. 1. sol. mat. Auth. quod locum C. de collatio. (b) gl. & Dd. d. 102
cis. (c) quod Pater facere potest non cogitur. Bald. in l. 2. C. de reuoc. his quæ in fr. (d) Cā-
pez. part. 1. q. 15. in fi. Et quocumque modo legitimam perdidit, tamen alimenta saltem
debeantur. Bald. in l. scimus nu. 11. C. de inoff. test.

XXII.

Quod in dote diximus, idem in donatione propter Nuptias à parte Viri observamus: (a)
Paraphernalia vero (quo nomine vocantur illa bona, quæ Mulier dote non dedit,) (b) dotis
privilegio non gaudent, (c) & si Mulier ea viro tradiderit, quocumque libuerit resti-
tuenda sunt, (d) consumptos tamen interea Mulieris voluntate (e) fructus, tam natura-
les, quam industriales Maritus lucrabitur. (f)

(a) Auth. æqualitas C. de pact. conuent. Lagus in Meth. iur. h. tit. nu. pe. (b) l. si ego 9.
§. fi. de iur. dot. V Vefemb. in parat. d. tit. Cuius, in parat. C. de pact. conu. (c) l. fi. in fi. C. qui
pot. in pig. hab. gl. in d. l. si ego. (d) l. pe. ad L. falc. l. 8. C. de pact. conu. (e) quæ ex traditio-
ne præsumitur, d. l. si ego vb. Bald. (f) l. fi. C. de pact. conuent. l. ex annuo 15. & seqq. l. si id
quod 28. §. 2. de donat. int. vir.

XXIII.

Solent præterea constitutioni dotis pacta plerumque subijci, quæ si bonis moribus non
aduersentur, (a) nec mulieres superstites (b) indotatas, conditionemve dotis deteriorem
faciant, (c) in hac materia omnimodo seruanda sunt, (d) etiamsi scriptura non inter-
ueniat. (e)

(a) l. §. 1. 6. ff. l. §. C. de pact. dot. (b) l. 2. l. 4. ff. ibid. Nam vt post mortem maritus dotem
lucratur conueniri potest d. l. 2. ff. & d. l. 5. C. (c) l. de die 14. cum seqq. d. tit. (d) l. in tradi-
tionib. 49. ff. & l. legem C. de pact. (e) arg. §. fi. de Nupt. V Vefemb. in parat. de pact. dot.

XXIV.

Eleganter hic dubitatur: Si dotans in vnum casum sibi prouiderit, & casus non proui-
sus euenerit, quis dotem lucrari debeat: & solam Mulierem eam lucrari debere cum Vlp.
defendimus.

l. si cum dotem 22. in pr. Sol. mat.

XXV.

Licet autem Maritus dotis dominus efficiatur, (a) fundi tamen dotalis alienatio, con-
sentiente etiam Muliere (b) ipsi interdicta est: (c) à qua prohibitione res mobiles contra
communem (d) subducimus. (e)

(a) thes. 1. (b) Nouel. 61. vb. Cuius. (c) §. 1. quib. al. non lic. (d) Soarez lit. D num. 364.
(e) auth. siue à C. ad Vell. Coras. in l. qui liberos num. 104.

XXVI.

Alienationis porro verbum latè accipimus: (a) neque tamen rectè Vsucapionem in per-
sona Mariti à Cuius. (b) comprehensam, existimauerim. (c)

(a) l. alienationis, de V. S. (b) 14. obs. 9. (c) l. 13. §. dotale, de fund. dot.

Interdis

XXVII.

Interdicta alienationi interdicta inter Coniuges donatio subijcitur, non quæ in tempus soluti matrimonij differtur, (a) nec quæ ob causam fit. (b)

(a) l. 13. §. antep. de donat. int. vir. (b) l. 5. §. concessa. & seqq. d. tit.

XXVIII.

Causam autem sufficientem esse: si Vxori iuueni vel nobili vir quid doret; quum ipse Senex vel ignobilis sit, perperam (a) traditur. (b)

(a) per l. 1 2. 3. d. tit. (b) communem dicit Soarez lit. D. n. 209. Gail 2. obs. 40. Fal. d. Nou. p. 7. pr. 8. nu. 3. Sich. in l. 4. C. de dot. prom. nu. 13.

XXIX.

Ex eodem quoque errore mutuas donationes subsistere creditum est; (a) & consuetudinem (b) de pactis succedendi inter Coniuges iuris rationibus defendere frustra laboratum. (c)

(a) Duar. h. t. (b) consuetudine receptum ponit VVesemb. in parat. de pact. dot. & in Camera & Dd. probatum addit Gail 2. obs. 117. & 126. (c) l. fi. l. licet 19. C. de pact. l. 5. C. de pact. conuent.

XXX.

Mutua tamen Coniugum testamenta, saluo vtrilibet mutanda voluntatis iure, cui nec renunciari potest, non improbamus.

eleg. Oldend. class. 5. act. 6. in fi. Gail d. obs. 117.

XXXI.

Contraria autem Dotibus quidem, Matrimonij dissolutio est: (a) pactis, eadem quæ Contractibus: (b) alienationibus, Mulieris, non Viri reuocatio: (c) Donationibus, pænitentia, (d) mors donatarij, (e) diuortium. (f)

(a) tit. Sol. mat. (b) tit. de pact. dot. (c) l. pe. de fund. dot. (d) l. 32. §. 2. & seqq. de donat. inter vir. (e) d. l. 32. §. si ambo 14. (f) l. 10. §. pe. ibid

COROLLARIA.

I.

Dotem à Patre Matrimonio ipso ignorante contracto nullo iure deberi. disputationis ergo arg. l. fin. C. de repud.

II.

Oratione Antonini donationes etiam eas confirmari, vbi traditio subsequuta non est. l. cum hic status 23. §. 1. de donat. int. vir. vb. Duar.

III.

Rei aliena inter Virum & Vxorem donata, siue purè siue mortis causa, donationem statim currere.

l. sed et fi. 25. d. tit. Cuius. 18. obs. 15.

IIII.

Ex constante matrimonio quæsitis nihil Mulieris esse censeri, idemq; in vidua, liberorum defuncti Mariti bona administrante.

L. Q. Mutius §. 1. d. tit. Coras. 3. Misc. 5.



153255

AB: 153255


(X2203998)

K



De legibus et constitutionibus Imperatorum






THESES
 DE IVRE DOTALI-
 VM, PACTIS DOTALI-
 VS, FVNDQ DOTALI, ET DO-
 NATIONIBVS INTER VIRVM
 & vxorem.

DEO TER OPT. MAX. D. & A.
 IDIBVS CLARISSIMIS CONSVLTISS. VI-
 ohanne Michaëlis Cronenburgero, & D. Iohanne
 ndt, SS. LL. Licent. Dictatore & Fisco, in flo-
 ntissimo apud Agrippinates iuris Collegio,
 ad disputandum publicè propositæ

A
 AMBERTO LITHOCOMO
 DVSSELOPOLITANO.

Anno partus virginæ CIJ. IJ. LXXXII.
 VIII. Id. Maij.



COLONIAE AGRIPPINAE
 XCVDEBAT PETRVS KESCHIDT.

B

60

